



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd sanctus Gregorius quandam foeminam velatam quæ sacrum
propositum transgressa est comprehendi iusserit. xlix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

num coniugia crediderint copulanda, tam diu utrique habeantur à communione suspensi, quousque quod illicitè perpetraverunt, emendare neglexerint, à cōmunionē vel omnium Christianorum cōuiuio in perpetuū sint, sequestrati.

Quod sanctus Gregorius quandam scēminam velatam quæ sacrum propositum transgressa est, comprehendi iusserit. Cap. XLIX.

SI custos religiosi habitus fuisses, aut esse nosset, episcopus, filiā gloriose memoriæ Tulliani magistri militiæ, te illic posito, nec proiectis religiosis vestibus ad secularem reuerti habitum, nec ad nos licuisset peruersam epistolam destinare. Sed quia nimia desidia ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad præsens illicita impunè commissa est. Nam sicut præfati sumus, si sollicitus esses, prius ad nos ultio mulieris prauissimæ, quæ culpa debuit peruenire. Quia ergo tantum hebes, tantūque es negligens, ut nisi canonicā vitæ fueris cōcercionem expertus, in aliis districcionem & disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse sollicitus, congruo tibi, si domino placuerit, tempore demonstramus. Præsentia igitur scripta suscipiens euigila, & excitatus saltem exequere quod pressus nunc vsque ignauia distulisti. Instantiæ ergo tuæ sit, prædictam mulierem vnā cum Sergio defensore cōprehendere, & statim non solum ad malè contemptum habitum sine excusatione aliqua reuocare, sed etiam in monasterio vbi omnino districte valeat custodiri detrudere, & ita omnem circa illam sollicitudinem exhibere, ut quāuis nefarium quod commisit, ex tua possit districcione cognoscere. Quia in re si quis, quod nō credimus, laicorum aliquo tibi ingenio tentauerit obistendum, à sanctissimæ eum communionis participatione suspende, nobis que renunciare festina, ut quātum sit execrabile quod præsumit, postquā consideratione propria non aduertit, emendationis qualitate cognoscat. In his autem omnibus ita cautum ac stude vigilantem te ostendere, ut culpam tuam non geminare neglectus, sed aliquantisper valeat & sollicitudo minuere.

De viduis velatis si voluptatibus carnis inservire accusantur. Cap. L.

VT illæ quæ quasi sanctimoniales sub velamine religionis degere videntur, sed potius in delitiis viuentes, *cap. 2.*

*Ex reg.
Gre. ad
Sepontiu
episcop.*

*Ex cōcil.
Meldēsi.
cap. 2.*